AÑO 50. LUNES 1.º DE JUNIO DE 1903 NÚM 6.º

# BOLETÍN ECLESIÁSTICO

DEL

# OBISPADO DE SALAMANCA

## EDICTO

### NOS EL DR. D. FR. TOMAS CAMARA Y CASTRO,

DEL ORDEN DE SAN AGUSTÍN, POR LA GRACIA DE DIOS Y DE LA SANTA SEDE APOSTÓLICA OBISPO DE SALAMANCA, INDIVÍDUO CORRESPONDIENTE DE LAS REALES ACADEMIAS DE LA LENGUA, DE LA HISTORIA Y LA DE BELLAS ARTES DE SAN FERNANDO, SENADOR DEL REINO, DEL CONSEJO DE SU MAJESTAD, ETC., ETC.

Hacemos saber: Que en esta diócesis de nuestro cargo y título se hallan vacantes por fallecimiento, traslación, promoción, renuncia de sus últimos poseedores ó por nueva creación, varios Beneficios curados, de los cuales hemos resuelto proveer, mediante concurso, en primeras propuestas, aquellos cuya dotación íntegra puede ser satisfecha sin lesionar los derechos anteriores al último Arreglo Parroquial, y sin dejar abandonado el régimen de algunas Iglesias cuyos Párrocos están impedidos; los cuales Beneficios curados se expresarán á continuación de este Edicto. En segundas propuestas se proveerán las resultas á que la formación de las primeras diere margen.

Universidad Pontificia de Salamanca

El Concurso se hará al tenor de lo dispuesto por el Santo Concilio de Trento y las Constituciones Pontificias dictadas para su observancia en esta parte; y en uso de nuestra Autoridad ordinaria mandamos expedir el presente Edicto, por el cual convocamos á todos los que, contando con los requisitos de edad, ciencia, y demás que previenen los Sagrados Cánones, deseasen oponerse á dichos Curatos, á fin de que en el término de *sesenta días*, contados desde la publicación de este Edicto en el Boletín de primero de Junio y que terminarán al mediodía del primero de Agosto, comparezcan en nuestra Secretaría, exhibiendo los documentos que justifiquen su edad, naturaleza, estudios, grados, méritos y servicios, licencia expresa de sus Ordinarios respectivos siendo extradiocesanos, legalizados en forma si son expedidos fuera de la provincia, debiendo tener entendido que, al expirar dicho plazo, todos y cada uno de los opositores deberán haber presentado su documentación completa, á fin de formar el estado y relación expresiva que corresponde, y que, una vez transcurrido, ni podrán admitirse nuevas solicitudes, ni añadir nuevos documentos á los que tengan presentados.

Los ejercicios de oposición se harán en la forma dispuesta por los Sumos Pontífices, y especialmente por la Santidad de Benedicto XIV en su Constitución *Cum illud semper;* y en su consecuencia, los opositores en el primer día traducirán al castellano, en el término de dos horas, un párrafo del Catecismo de San Pío V, haciendo á seguida una explanación ó explicación doctrinal de las ideas que contenga y según el orden con que las presente: en el segundo día, conforme á la práctica seguida en esta nuestra diócesis, compondrán una breve plática sobre el tema que se les designará, acomodada á la capacidad del común de los fieles; y en el tercero responderán á unas mismas preguntas doctrinales, y á un mismo caso moral que se les dictará. Para los dos primeros ejercicios usarán precisamente el idioma castellano en lenguaje propio, inteligible y culto; y para el tercero, aunque podrá

Universidad Pontificia de Salamanca

emplearse el mismo idioma, dará un mérito especial el hacerlo en latín.

Además, habida consideración á que en estos concursos no es posible la prueba de predicación oral que previene la citada Bula de Benedicto XIV, y reconociendo toda la importancia que en sí tiene, y más en nuestros días, la buena y arreglada pronunciación y declamación oratoria, nos reservamos probar, por un modo especial, la aptitud de los opositores.

Verificados los ejercicios, y teniendo en cuenta la censura y juicio del Sínodo, y las cualidades morales y demás que adornen á los aspirantes para el régimen parroquial, los servicios que hayan prestado á la Iglesia, y el mérito que hayan contraído en el cargo ó cargos desempeñados, elegiremos para cada parroquia el que juzgáremos más digno y conveniente, elevando á Su Majestad las correspondientes ternas.

Finalmente, declaramos que los señores opositores quedan obligados á sujetarse á las disposiciones del Auto definitivo del Arreglo Parroquial de 1886, y á las que dictáremos á consecuencia del mismo sobre cualquier punto; y por si fuera oportuno introducir, previa la aprobación de Su Majestad (q. D. g.), alguna reforma parcial, aconsejada por la experiencia en el dicho Arreglo, quedarán igualmente obligados á sujetarse á las disposiciones del Auto ó Autos que Nós, ó nuestros sucesores, al efecto hubiéramos de dictar sobre cualesquiera materias, y muy especialmente sobre rectificación de límites jurisdiccionales, ó por la creación ó supresión de algunas parroquias, ó por otro motivo, designación de anejos y modo y forma de ejercer en los mismos la cura de almas.

Se practicarán los ejercicios literarios en los días uno, dos y tres del próximo Septiembre. Y para que llegue á noticia de todos á cuantos pudiera interesar, expedimos el presente, firmado por Nós, sellado con el de nuestra Dignidad y refrendado por nuestro infrascripto Secretario de Cámara

Universidad Pontificia de Salamanca

y Gobierno en Salamanca á veinticinco de Mayo de mil novecientos tres.

† FR. TOMÁS, *Obispo de Salamanca.*

Por mandado de S. E. I. el Obispo mi Señor,

DR. PEDRO GARCÍA REPILA,

*Deán-Secretario.*

## CURATOS QUE HAN DE PROVEERSE EN EL CONCURSO

### DE TÉRMINO

La Catedral y Sancti-Spíritus, de Salamanca, con 2.000 pesetas.

Alba de Tormes, Peñaranda, Vitigudino y Sequeros, con 1.750 pesetas.

### DE ASCENSO, CON LA DOTACIÓN DE 1.500 PESETAS

Cantalpino, Los Santos, Villanueva del Conde.

### DE ASCENSO, CON LA DOTACIÓN DE 1.250 PESETAS

Aldeanueva de Figueroa, Topas, Escurial de la Sierra, Fuenterroble de Salvatierra, Horcajo Medianero, Villoria, Cabeza de Framontanos, Monleras, Yecla.

### DE ENTRADA, CON LA DOTACIÓN DE 1.100 PESETAS

Larrodrigo, Calbarrasa de Abajo, Pedroso, Poveda de las Cintas, Almenara, Endrinal, Valero, Cabeza del Caballo, Monterrubio de la Sierra, Salvatierra, Mata de Ledesma, Robliza de Cojos, Pelayos, Tala, Tejeda, Brincones, Iruelos, Peralejos de Arriba.

### DE ENTRADA, CON LA DOTACION DE 1.000 PESETAS

Pedraza, Pocilgas, Terradillos, Pedrosillo el Ralo, Torresmenudas, El Arco, Juzbado, Barbalos, Sandomingo, Al-

Universidad Pontificia de Salamanca

conada, Valsalabroso, Calzadilla, Cabezuela, Aldehuela de la Bóveda, Aldealengua, Cordovilla, Moríñigo, El Gróo.

RURALES DE 1.ª CLASE, CON LA DOTACION DE 875 PESETAS

Palomares, Monterrubio de Armuña, Doñinos de Ledesma, Moraleja de Huebra, Carrasco, Manceras.

RURALES DE 2.ª CLASE, CON LA DOTACION DE 825 PESETAS

Amatos de Alba, Aldeaseca de Armuña, Tornadizos.

# EX ACTIS LEONIS XIII ET E SECRETARIA BREVIUM

## I

**«Motu proprio» quo instituitur Consilium operi «Praeservationis Fidei» moderando ac promovendo.**

Litteras ante annos duos dedimus ad virum Eminentissimum vice Nostra Romae fungentem, quibus effrenatam licentiam adsertoribus haeresum ipsa in urbe permitti dolebamus. Hanc enim civitatem catholici nominis principem Divina Providentia constituit, unamque delegit ex omnibus unde in universum terrarum orbem, quemadmodum tot saecula factum potestate libera est, evangelicae doctrinae lumen diffunderetur. Quod quidem nobilissimum planeque divinum Romanae Sedis officium aperte declarat quam sit iniquum et quanto cum discrimine conjunctum ut templa heic et scholae ab haeresum propagatoribus aperiantur, pravis infensisque opinionibus Nostro in grege disseminandis. Ut hisce igitur novis incommodis quantum quidem erat in Novis ocurreremus, recens opus *Praeservationis Fidei*, quod Nostris consiliis ac studiis fuerat excitatum, libentissime probavimus. Verum accrescunt misere in dies pericula et damna, ob eam-

Universidad Pontificia de Salamanca

que rem Apostolicae sollicitudinis caritate impulsi, laudatum opus firmiore instruere praesidio statuimus ac deliberavimus, peculiare consilium S. R. E. Cardinalium eidem moderando praeficientes. Hinc sane Curiones Urbanis, quorum navitati vel maxime hac in re confidimus, majora habebunt adjumenta ad sacerdotii partes cumulate omnique cum fructu explendas; hinc etiam animos ad majora praestanda egregii viri sument, qui nomen ad hoc usque tempus amplificando operi magna cum laude dederunt.

Quamobrem praesenti Motu-proprio Consilium seu *Commissionem* instituimus Operi *Praeservationis Fidei* moderando ac promovendo. Haec autem *Comissio* e nonnullis, quos Pontifex designaverit, S. R. E Cardinalibus constabit; eligimus vero primos.

Seraphinum Cretoni.

Franciscum de Paula Cassetta.

Petrum Respighi.

Sebastianum Martinelli.

Josephum Calasanctium Vives.

Quibus autem muneribus atque officiis supradictum Consilium incumbere debeat, quibusque regendum sit legibus proprio documento praescribimus.

Haec interim decreta rata et firma consistere auctoritate Nostra volumus et jubemus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die vicesima quinta Novembris 1902, Pontificatus Nostri anno vicesimo quinto.

LEO PP. XIII.

Universidad Pontificia de Salamanca

II

**Missae quaelibet ubivis celebratae pro defunctis sodalibus Archisod. Mariae SS. Auxiliatricis fruuntur favore altaris privilegiati.**

LEO PP. XIII

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Oblatis Nobis a dilecto Filio Michaele Rua presbytero precibus benigne annuentes, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Ap. ejus auctoritate confisi, per praesentes concedimus ut Missae quae in posterum celebrentur ad quodvis altare cujusque ubique terrarum existentis Ecclesiae sive publici Oratorii pro defunctis sodalibus rite inscriptis in Archisodalitatem Mariae SS. Auxiliatricis Taurini in Sanctuario cognomine canonice erectam, vel in alias ejusdem tituli atque instituti sodalitates filiales ubique terrarum pariter canonice constitutas, animae seu animabus, pro qua vel quibus celebratae fuerint, perinde suffragentur, ac si forent ad privilegiatum altare rite peractae. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Aplicae regula de non concedendis Indulgentiis ad instar aliisque Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 2 Martii 1903. Pontificatus Nostri An. 25.

Pro Dom. Card. MACCHI.

L. ✝ S.

Nicolaus Marini, *Subst.*

Universidad Pontificia de Salamanca

# E SACRA CONGREGATIONE PROPAGANDAE FIDEI

**Circa facultatem alienandi bona ecclesiastica pro Institutis Religiosis votorum simplicium**

Illme. et Revme Domine:

Pervenerunt ad me litterae ab amplitudine Tua mihi datae die 14 elapsi mensis decembris, in quibus quaestiones fiunt circa facultatem alienandi bona ecclesiastica pro Institutis religiosis votorum simplicium.

Quoad primam quaestionem, utrum haec instituta sive virorum, sive mulierum, sive a S. Sede approbata, sive tantum Dioecesana, indigeant, beneplacito Sedis Apostolicae pro alienatione suorum bonorum, responsio est affirmativa.

Relate vero ad alteram quaestionem, utrum Episcopi vi privilegii ipsis concessi circa alienationem bonorum Dioeceseos possint praedictis Congregationibus has alienationes permittere, responsio est, id posse Episcopi intra limites suae facultatis.

Tandem quoad imploratam sanationem pro alienationibus sine necesaria licentia bona fide peractis, Sacra Congregatio hujusmodi sanationem et, si opus sit, etiam absolutionem a censuris transgressoribus concedit. Interim Deum precor ut Te diu sospitet.

A. V. addictissimus Servus.

Fr. H. M. Card. GOTTI, *Praef.*

Aloisius Veccia, *Secret.*

*Rmo. ac Illmo. Archiepiscopo Friderico* Katzer.

(Protocollo N. 52.982). Roma 15 Gennaio 1903.

Universidad Pontificia de Salamanca

# E SACRA CONGREGATIONE RITUUM

I

## PLOCEN.

**Circa choros mixtos in missis cantatis.**

Quo divini cultus decori prospiciatur et sacrae functiones recte ac rite peragantur in Dioecesi Plocensi, hodiernus Rmus. Episcopus ejusdem Dioecesis, Sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur, pro opportuna declaratione, humiliter exposuit, nimirum: In Dioecesi Plocensi, sicut in aliis Poloniae Dioecesibus extat mos ut in missis solemnibus, praesertim diebus per annum solemnioribus, canant *Gloria*, *Graduale*, *Credo*, et in choro super majorem Ecclesiae portam, ubi organum est, constituto, mulieres ac puellae, sive solae ipsae cum organista, sive juvenibus et viris conjunctae, in quibus cantorum choris mixtis vocem *soprano* exequuntur puellae. Quum hujusmodi morem quaedam Ephemerides polonicae defendant contra plures Archeologiae et Liturgiae cultores qui illum improbant, quaeritur:

I. An mos supradescriptus licitus sit et conformis legi et sensui Ecclesiae?

II. Et quatenus negative ad I. an saltem tolerari possit?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, reque mature perpensa, respondendum censuit: Negative ad utrumque, et Decretum n. 3964 *De Truxillo* 17 Sept. 1897 etiam ad hunc casum extendi declaravit.

Atque ita rescripsit die 19 Februarii 1903.

S. Card. CRETONI, *Praef.*

L ✝ S.

D. Panici. Archiep. Laodicen, *Secret.*

Universidad Pontificia de Salamanca

II

## SANCTI MINIATI

**Reprobatur quidam usus exponendi imagines in Feria V. Maj Hebd**

Hodierno Archipresbytero parocho Ecclesiae S. Joannis Baptistae in oppido *Fucecchio* nuncupato Dioeceseos Sancti Miniati postulanti: An non obstante decreto Rmi. Episcopi S. Miniati die 19 Februarii vertentis anni 1903 edito, tolerari possit ut imago seu effigies SSmi. Redemptoris demortui, vel Deiparae Virginis Perdolentis in altari separato ab illo in quo SSmum. Eucharistiae Sacramentum Feria V in Coena Domini publice expositum manet, venerationi Fidelium eadem Feria exhibeatur?

Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisita etiam sententia Commissionis Liturgicae respondedum censuit: Negative et servetur Decretum Episcopale.

Atque ita rescripsit die 27 Martii 1903.

D. Card. FERRATA, *Praef.*

L. ✝ S.

D. Panici, Archiep. Laodicen, *Secret.*

---

III

## PISANA

**Nequit tolerari consuetudo pulsandi Harmonium, aliave instrumenta, in cantu Lamentationum etc. in Feria IV, V et VI Hebd. Maj.**

Quum ex Caeremoniali Episcoporum et ex pluribus Sacrorum Rituum Congregationis Decretis, non obstante con-

Universidad Pontificia de Salamanca

suetudine permitti nequeat ut Feriis IV, V et VI Majoris Hebdomadae cantentur simul cum sono organi et aliorum instrumentorum, Lamentationes, Responsoria, et Psalmus *Miserere* ac reliquae liturgicae partes, Rdmus. Dnus. Guidus Salvioni Canonicus decanus et vicarius de choro Ecclesiae Primatialis Pisanae, haec probe noscens ab eadem Sacra Congregatione sequentium dubiorum solutionem humiliter efflagitavit, nimirum:

I. An in Ecclesia Primatiali, Pisana, Feriis supradictis, attenta antiqua consuetudine, tolerari possit ut cantus Lamentationum, Responsoriorum et Psalmi *Miserere* fiat simul cum instrumento *Harmonium* et aliis instrumentis sine strepitu, *a corda*, *violini*, *viole*, *contrabassi* nuncupatis?

II. Et quatemus negative ad I, an saltem tolerari possit in casu sonus tantum instrumenti *Harmonium?*

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito Rdmo. Dno. Archiepiscopo Pisano, et exquisita sententia Commissionis Liturgicae, respondendum censuit: *Negative ad utrumque*, juxta Caeremoniale Episcoporum, Lib. I, Cap. XXVII, et Decreta 2.959 *Taurin,* 11 Septemb. 1.847 ad I, 3.804 *Soana*, 16 Junii 1.893 ad II, et 4.044 *Bonoaren*, 7 Julii 1.899 ad I.

Atque ita rescripsit et servare madavit.

Die 20 Martii 1903.

D. Card. FERRATA, *Praef.*

L. † S.

D. Panici, Archiep. Laodicen. *Secret.*

Universidad Pontificia de Salamanca

# E SACRA CONGREGATIONE INDICIS

## DECRETUM

Feria V. die 5 Martii 1903

*Sacra Congregatio Eminentissimorum ad Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium a* Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII *Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 5 Martii 1903, damnavit et damnat, proscripsit proscribitque, atque in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur opera:*

*Ferdinand Buisson.* La religión, la morale et la science: leur conflit dans l' éducation contemporaine. París, Fischbacher, 1901.

*Jules Payot.* De la croyance. París, Félix Alcan, 1896.

*Jules Payot.* Avant d' entrer dans la vie. Aux instituteurs et aux institutrices, conseils et directions pratiques. París, Armand Colin, 1901.

*P. Siffiet.* Cours lucide et raisonné de doctrine chrétienne. Les sept mystéres chrétiens: Trinité, Péché originel, Incarnation, Rédemption, Eucharistie, Résurrection des corps, Éternité, Souffrance—au regard de la nature de la raison et de la l'irréligion. Lion. Librairie St. Augustin et Librairie Delhomme et Briguet.

*Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis praedicta opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.*

Universidad Pontificia de Salamanca

*Quibus* Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII *per me infrascriptum Secretarium relatis*, Sanctitas Sua *Decretum probavit, et promulgari praecepit. In quorum fidem, etc.—Datum Romae die 30 Martii 1903.*—ANDREAS Card. STEINHUBER, *Praefectus.*—Loco ✠ Sigilli.—Fr. Thomas Esser, *Ord. Praed. a Secretis.*

*Die 1 Aprilis 1903; ego infrascriptus Mag. Cursorum testor supradictum Decretum affixum et publicatum fuisse in Urbe.*—Henricus Benaglia, *Mag. Curs.*

# E SACRA CONGREGATIONE INDULGENTIARUM

## BONONIENSIS.

### Circa absolutiones impertiendas Monialibus Tertiariis

A Confessariis quorumdam Monasteriorum Sanctimonialium Tertii Ordinis in Archidioecesi Bononiensi existentium huic S. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae sequens dubium propositum fuit:

Sanctimoniales Tertiariae alicujus Ordinis Regularis, jurisdictioni Episcopi subjectae, quae jus habent ad quasdam absolutiones generales et benedictiones apostolicas suscipiendas, debent-ne hujusmodi favores spirituales obtinere ministerio Confessarii ab Episcopo adsignati, aut ope Religiosi vel sacerdotis saecularis deputati a superiore Ordinis respectivi?

S. Congregatio respondendum mandavit:

Affirmative quoad primam partem, negative ad secundam.

Datum Romae ex Secria. ejusdem S. Congregationis die 11 Februarii 1903.

A. Card. TRIPEPI, *Praef.*

L. ✝ S.

Franciscus Sogaro, *Archiep. Amiden.*, Secrius.

Universidad Pontificia de Salamanca

# DATARIA APOSTÓLICA

**Formulae Apostolicae Datariae pro matrimonialibus dispensationibus jussu Eminentissimi Cardinalis Pro-Datarii Cajetani Aloisi-Masella reformatae.**

SERIES QUARTA.—FORMULA VIGESSIMA QUARTA

*Consanguinitatis in primo et secundo gradu. Ob incestum et ob dotem ab alio auctam. Ex Sygnatura Smi. Per Breve*

GRANATEN. ET MINDONIEN

Beatissime Pater:

Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum *N.* viri *Granaten. dioecesis et N.* mulieris *Mindonien. dioecesis, et in dicta Granaten. dioecesi commorantis*, quod ipsi alias scientes se Primo et Secundo, et ex eo provenientibus, quia dicta Oratrix praefati Oratoris ex fratre germano, seu sorore germana, neptis existit, Consanguinitatis gradibus invicem esse conjunctos, humana fragilitate devicti, se carnaliter cognoverunt. Cum autem, P. S., nisi matrimonium inter ipsos contrahatur dicta Oratrix, graviter diffamata et innupta remaneret, graviaque exinde scandala orirentur; ac cum dicta Oratrix, dotem habeat minus competentem, juxta sui status conditionem cum qua virum paris conditionis, cui nubere possit invenire nequeat; et quidam Oratorum consanguineus, ad id alias non obligatus, Oratricis dotem, ita tamen ut Oratori nubat, et non alias, usque ad quantitatem, secundum ejusdem Oratricis qualitatem, competenter augere, dictusque Orator, illam cum dicta minus competenti dote, et illius augmento in uxorem ducere intendat; cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, stante impedimento hujusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae di-

Universidad Pontificia de Salamanca

spensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Primi et Secundi ex praemissis proevenientium Consanguinitatis graduum hujusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, caeterisque contrariis quibuscumque, non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam, si qua sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

FIAT UT PETITUR:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra latius extendendis, quod necessariorum major ac verior specificatio et expressio fieri possit in Nostri Litteris per Breve. Et committatur *Ordinario Granaten*, qui, vetito omnino ne quid muneris, aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis diligenter se informet; et, si vera sint exposita, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, Oratores praefatos, imposita eis propter incestum hunc poenitentia salutari, et remoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem tempore sibi bene viso, si fieri poterit, ut supra, dispenset prolemque legitimam decernat.

Datum Romae apud San Petrum, die mense anno.

LEO XIII.

## Series Quarta.—Formula Vigessima Quinta

*Consanguinitatis in secundo gradu. Propter inimicitias, pro heterodoxorum loco. Per Breve*

SEYNEN.

Beatissime Pater:

Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum *N.* viri et *N.* mulieris *Seynen... dioecesis*, quod, cum inter dictorum Oratorum parentes et consanguineos graves

Universidad Pontificia de Salamanca

inimicitiae ortae jam sint, et de praesenti jam vigeant, aliunde tamen quam ex causa matrimonii inter eos contrahendi provenientes, et ante illius tractatum exortae; certumque sit, quod si Oratores ipsi invicem matrimonialiter copularentur, inimicitae hujusmodi omnino componerentur; pro illis componendis, ac pro bono pacis, cupiunt Oratores praedicti, qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, invicem matrimonialiter copulari. Sed, quia Secundo in linea aequali Consanguinitatis gradu invicem sunt conjuncti, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod, impedimento Secundi in linea aequali Consanguinitatis gradus hujusmodi, ac aliis, bona fide, forsam reticitis, caeterisque contrariis quibuscumque, non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione aliisque preamissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum major ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur *Ordinario Seynen*, qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, et si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant vivereque et mori intendant, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Oratoribus dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno,

C. P. D.

Universidad Pontificia de Salamanca

SERIES QUARTA—FORMULA VIGESSIMA SEXTA.

*Consanguinitatis in secundo gradu. Ob angustiam locorum pro heteredoxorum loco. Per breve*

PLOCEN

Beatissime Pater:

Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum *N.* viri et *N.* mulieris *Plocen. dioecesis*, quod cum dicta mulier in locis ex quibus ipsa et Orator praefatus orti sunt in dicta dioecesi existentibus, etiam de uno ad alium se transferendo, propter illorum angustiam virum paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, cupiunt propterea Oratores praefati, qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, invicem matrimonialiter copulari. Sed, quia Secundo in linea aequali Consanguinitatis gradu invicem sunt coniuncti desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Secundi in linea aequali Consanginitatis gradus hujusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, caeterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione aliisque praemissis ut supra extendendis, quod, necessariorum major ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur *Ordinario Pocen*, qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis diligenter se informet: et, si vera sint exposita, si praedicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, et si Oratores praefati catholicae fidei cul-

Universidad Pontificia de Salamanca

tores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno.

C. P. D.

### Series Quarta—Formula Vigesima Septima

*Consanguinitatis in secundo gradu. Ob matrimonium cum dubio contractum. Per Breve*

### FOROJULIEN

Beatissime Pater:

Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum *N.* viri et *N.* mulieris *Forojulien dioecesis*, quod ipsi alias dubitantes aliquod impedimentum inter eos existere, quotum tamen ignorantes, quominus possent invicem matrimonialiter copulari, matrimonium inter se per verba de praesenti publice, servatis omnibus ad id a Concilio Tridentino praescriptis, nulloque detecto neque denunciato impedimento, contraxerunt, illudque ita in facie Ecclesiae solemnizarunt, ac deinde carnali copula consummarunt. Postmodum vero ac eorum pervenit notitiam se Sucundo in linea aequali Consanguinitatis gradu invicem esse coniunctos; et nihilominus in carnali copula hujusmodi perstiterunt. Cum autem, P. S., Oratores praefati in hujusmodi matrimonio remanere non possint absque Sedis Apostolicae dispensatione, et si divortium inter eos fieret, gravia exinde scandala orirentur, supplicant humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod, impedimento Secundi in linea aequali Consanguinitatis gradus hujusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, caeterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se, renovato consensu, de novo contrahere libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam, si qua sit, legitiman decernendo, dignemini de gratia epeciali, cum clausulis opportunis.

Universidad Pontificia de Salamanca

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum major ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur *Ordinario Forojulien.*, qui vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et si vera sint exposita, et si dicta mulier propter hoc rapta non fuerit, imposita oratoribus praefatis propter incestum hunc poenitentia salutari, eos dispenset, et prolem legitimam decernat, ut supra.

